

52 SECTIO IV. DE MUTATIONE

pausante & dages. Duo alia loca videntur esse Genes. 19, 2. & 1. Sam. 8, 19. quæ ambo habent, וַיֹּאמְרוּ לֵאמֹר & dixerunt ipsi, Non: quorum priori adscriptum ב' דגוש' duo sunt dagessata; posteriori autem ב' בטע' duo cum accentu & dages leguntur, citaturque Gen. 19, 2. Cont. 1. Sam. 10, 19. cum cap. 12, 12. Huc quoque referendum forsitan est נָא dagessatum; antecedente dictione acutâ, ut & nunc, & queso designet, Psal. 118, 25. הוֹשִׁיעָה נָא quasi esset הוֹשִׁיעָה נָא *serva nunc queso*, & ibid. הַצִּלִּיתָה נָא: *prospera nunc queso.*

SECTIO IV. DE MUTATIONE PUNCTORUM generali.

§. 46. Vocales breves suâ naturâ mutabiles sunt, §. 30. Longarum aliæ naturâ suâ immutabiles, aliæ mutabiles. Immutabiles sunt, quæ literam quiescentem expressam postulant, Chirek longum, Schurek, & interdum Cholem. Mutabiles sunt, quæ istiusmodi quiescente carent, Kametz, Tzeri, & nonnunquam Cholem. At longæ, naturâ mutabiles, fiunt etiam ipsæ immutabiles ex accidenti, quoties nempe compensant defectum aut quietem, vel alias quieti טוֹן אָרוֹן in. serviunt: prius fit ex §. 60. alterum ex §. 130. tertium in הַיְכָל *templum*, & similibus.

Ano-